



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae

Cvm Variis Indicibvs

De Deo Effectore, Creaturarvm Omnivm Tractatvs II. De Opere Sex
Diervm, Ac Tertivs De Anima

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1622

XXIX. De comparatione prædictorum sensuum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93575)

ele transiens: ergo & auditum ipsum videri imperfectissimum. Respondetur sonum in esse qualitatis imperfectiorem esse, at in esse sensibilis præstare alijs tribus, quod immaterialiori modo immutetur ut dictum est, & ideo potentiam ipsam simpliciter esse perfectiorem, ut colligitur etiam ex modo, quo attingit obiectum, perfectiori scilicet, quam in alijs sensibus, ut etiam ex dictis constat.

Circa punctum 2. n. 2.
Secundo loco occurrit comparatio inter sensum hominis, & brutorum, singulas vero horum species inter se conferre nimis prolixum esset. Unde sit secunda conclusio. In omnibus sensibus exterioribus superat homo cetera animalia simpliciter, & absolute loquendo, quamvis secundum quid superetur in nonnullis. Probatur singulatim.

De tactu.
In primis enim habet homo perfectissimum tactum simpliciter, & quoad omnes conditiones, ut Aristoteles docet 2. de anima, cap. 10. & experientia testatur, atque etiam ratio, quia tactus ut sit perfectus requirit temperamentum primarum qualitatum: ergo tactus temperatissimi corporis, nempe humani, erit perfectissimus, utpote magis denudatus ab obiecto, cum propter moderatorem ad nullam qualitatem magis accedat, quam ad aliam. Idem est de gustu philosophandū, quoniam proxime conuenit cum tactu: & à hinc etiam concluditur, nam hominis perfectior complexio perfectiori eget cibo: ergo & perfectiori gustu.

De gustu.
O odoratum ait Aristoteles in capit. nono, in homine esse hebetiorem, quam in plerisque animalium: sed intelligendum hoc est secundum quid, quoad facilitatem, videlicet percipiendi melius odores, vel à distantia maiori, in quo certe multa animalia excedit hominem, ut superius de vulture notatum est. Canes etiam de nocte mixte discernunt inter homines, ut latrone à domestico, & similia pleraque. Ratio vero redditur optima ab Albert. 2. de anima, cap. 13. Egidio textu 92. ex lib. de sensu, & sensibili, cap. 4. 5. quod cerebrum hominis sit frigidissimum, & humidum nimis, unde & fomno eget longiore. Ita vero factum est, ut melius deferuires cognitioni: calor enim conturbat animales spiritus: quia ergo organum olfactus iuxta cerebrum situm est, olfaciendi via obturatur, continua cerebri distillatione frigida & humida, unde quo plura eiusmodi excrementa per nares defluunt minus olfacimus: at vero cetera animalia cerebrum habent calidius, unde in hominibus ipsis odoratus acutior caliditatem, & siccitatem cerebri indicat, & ex consequenti ruditatem, & obscuritatem ingenij. At vero his non obstantibus olfactus hominis simpliciter perfectior est, quam brutorum, cum se extendat ad nobiliora obiecta, bruta enim, ut purimum olfaciunt odores, qui sunt coniuncti saporibus, nam ad hoc potissime illis data est vis odorandi, ut discernant alimenta: odores vero reliquos per se delectantes sine coniunctione ad saporibus, ut florum, bruta vel nullo modo percipiunt, vel in eis non delectantur cum tamen homo perfectissime sentiat eiusmodi odores, in eisque nimium satis delectetur. Cuius rei ratio est apud Aristotelem de sensu, & sensibili, cap. 3. quod nimium calidi sint, temperentque proinde frigiditatem nostri cerebri. Unde iam acutè percipi possunt: ac tristare si sint dissentanei, aut delectare, si consentanei. Idem colligitur ex eodem Aristotele prima de generatione animalium, cap. 2. & Galeno octavo libro de usu partium. Omnis enim ergo pensatis perfectior censetur olfactus hominis, cum perfectius sit posse extendi potentiam ad vniuersalius, & nobilior obiectum, quam intensè, vel facile partem obiecti cognoscere. De

De odoratu.
audita liquet in nobis esse perfectissimum: nimium percipit perfectissimas sonorum differentias.

De auditu.
Franc. Suarez de anima.

De auditu.
Franc. Suarez de anima.

De auditu.
Franc. Suarez de anima.

De auditu.
Franc. Suarez de anima.

De auditu.
Franc. Suarez de anima.

De auditu.
Franc. Suarez de anima.

De auditu.
Franc. Suarez de anima.

De auditu.
Franc. Suarez de anima.

De auditu.
Franc. Suarez de anima.

De auditu.
Franc. Suarez de anima.

non tantum naturales, sed etiam artificiales, habetque perfectissimum, & subtilissimum organum. De visu id facile intelligitur ob easdem rationes. Accedit hos duos sensus disciplinæ esse, ac dici: quod est proprium hominis. Ita patet conclusio- nis probatio, cuius ratio à priori est: quia natura sensitiva in homine coniungitur rationali: est ergo perfectior simpliciter: ergo & talis natura etiam potentia simpliciter erunt perfectiores, licet quoad aliqua suprentur ex indigentia corporis, eo quod saepe dispositio necessaria ad operationem unius membri impedit aliquo modo operationem alterius, non enim potuit tanta diversitas membrorum stare, sine villo prorsus inter se impedimento. Et hæc de secundo puncto.

Circa tertium punctum notandum est primum in sensibus hominis duplicem perfectionem, & commoditatem posse considerari. Prima est in- sensu ipsorum in ordine ad proprios actus ac sensibilia propria. Secunda est utilitas acquirenda scientiæ. Pro priori consideratione sit tertia conclusio. Quinque sensus eundem ordinem perfectionis habent in homine, quem ex se habent. Hæc facile patet, quia is ordo consistit in specifica perfectione, secundum quam unus excedit alium qui perfectior ordo in homine non destruitur: ergo, &c. Est tamen conclusio intelligenda, si comparatio absolute fiat, ut intendimus: proportionatiter namque hoc est loquendo de quouis sensu in sua proportionem, seu specie, perfectissimus hominis sensus erit tactus. Sicut enim considerando hominem ad equum, simpliciter, quilibet homo est perfectior equo, in sua tamen quemque specie comparando, fieri potest, ut aliquis equus in sua specie inueniatur perfectior, quam in sua homo: ita dicitur imperfectissimum hominis sensum esse olfactum, perfectissimum autem esse tactum, nam habet summam perfectionem, quam cetera speciem habere potest, & forte idem est de gustu: visus autem & auditus non adeo sunt hoc modo perfecti, à multis enim animalibus superatur homo in acumine, aut firmitate horum sensuum, atque ita venit intelligendus Aristoteles de sensu, & sensibili, cap. 4. D. Thom. ibi est. 3. & authores alij.

Si vero comparentur sensus secundum utilitatem ad scientiam, sit quarta conclusio. In homine imperfectissimus est odoratus, deinde gustus, alij vero tres mutuo se excedunt, simpliciter tamen excedit visus. Prima pars de odoratu & gustu experientia est nota. Circa tres alios sensus, quæ est secunda conclusionis pars, recolendus duplex modus acquirendi scientiam, per inuentionem scilicet, & disciplinam: quantum ergo ad hunc posteriorem, utilissimus est auditus, quia percipit voces explicantes conceptus ad viuum: ad priorem vero magis deferuiunt tactus, atque visus, quia ad plura obiecta se extendunt, unde simpliciter, & per se sunt utiliores, tum quia modus acquirendi scientiam per disciplinam est quasi per accidens, & in ipsa inuentione fundatus, tum etiam quia quodammodo per accidens est auditui disciplinam fieri mediante illo, significatio enim vocum accidit obiecto auditus, neque auditus ipse significationem capit, sed sonum materiale. Inter tactum autem, & visum observandum est illum hunc excedere, quod sit vniuersalior ex parte subiecti, est enim diffusum per corpus: ideoque perfectior tactus arguitur à toto corpore optimum temperamentum, & complexionem. Unde D. Thomas secundo de anima, recte dixit excessum in tactu, excessum esse in virtute sensitiva simpliciter, quia sensus est vniuersalis: hac ergo ex parte sensus hic aptissimus est ad scientias, unde etiam Aristoteles ob id scripsit molles carne aptos esse ingenio, & 3. de partibus, capite quarto, quo sensu hebeti sunt durum

De visu

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

Circum pñ

durum habere cor, cuius rationem addunt Sanctus Thomas lectione 31. & Philoponus folio sexto, col. 3. quia mollities corporis arguit corporis temperamentum, & optimam compositionem in organis sensuum. Item tale corpus deseruit optimè ad administrationem virtutis animalis, nam cum corpus molle est, spiritus animales subtiliores sunt, discurrentque celeriter per corpus: non sic autem quando corpus durum est: hoc tamen est intelligendum, ut ait D. Thomas, & Themistius de mollitie naturali, non de ea, quæ cura, & arte acquiritur. Additque Albertus inter ipsas naturales mollities aquosam, ac prouenientem ex pituita, ut in sanguinis, non arguere aptam complexionem, nec idoneum ingenium, sed quæ prouenit ex puro sanguine, quia sic temperatiorem complexionem causam habet, ut citato loco de generatione etiam dicitur: hac ergo ex parte tactus superat visum.

4
Quod contra superatur à visu.

Attamen visus est contra superat tactum in multis. Primo, quia est vniuersalior ex parte obiecti, percipit enim cælestia, & terrestria sensibilia propria, & communia, multoque faciliori modo, quàm tactus. Item est certissimus inter omnes sensus, utpote immaterialior, minusque proinde deceptio- ni obnoxius, ideoque maxime deseruiens inuentioni, atque attestationi veritatis. Vnde Plato in Timæo ait rerum sublimium notitiam oculis nobis attulisse, & Aristoteles 1. Metaph. cap. 1. ideo nos visum maxime diligere, quia maxime cognitioni subseruit. Ex quibus iam patet tertia conclusionis pars, excessus enim ille tactus non in intrinsecis cernitur, sed in ijs, quæ tactum comitantur, vnde magis tanquam signum arguit perfectionem, quàm potest ipse asserat, visus vero in intrinsecis, magisque proprijs superat tactum, ac reliquos sensus: quare, &c. sic ergo intelligendus Aristoteles 1. de generatione animalium, capit. vigesimo, scribens non prouenire prudentiam ex tactu, nimirum tanquam ex proprio instrumento, quæuis de seruiat non minime ad prudentiam propter complexionem, quam arguit optimam, nisi alioquin natura decreet.

7
Obiectio 1. contra proximam resolutionem.

Responsio ex Arist.

Melancholia et quomodo ingeniosior?

Oppones primo, in sectione 30. problematum narrat Aristoteles quicunque ingenio, vel studijs, vel Republicæ administratione, vel in carmine pangendo, alijque partibus claruere, fuisse melancholicos: hæc ergo complexio secundum Aristotelem apta est ad ingenium, inepta vero ad tactum, cum humor ille, utpote terrestris, duriore efficiat carnes, ac proinde organum tactus obtundat. Fatur quidem Aristoteles illa loco melancholiam, si dominetur, sua naturali frigiditate, & siccitate impedimento esse, talemque complexionem natos, stolidos fieri, & ignaros. Contingere tamen (inquit Aristoteles) atram bilem, si moderata sit, per totum corpus dispersam calefieri ab humore alio, vel complexione calida, sicque vehementem concipiendo calorem calefacere: quemadmodum etiam experimur ferrum, & aquam ex se frigida, sed si tamen calefacta multum concipere calorem vrereque velociter: sic ergo melancholia à propria natura extracta conducit ad ingenium, optime disponendo corpus ad diffusionem spirituum animalium, temperandoque nimiam sanguinis viuitatem: tandemque hominem studiosum, ac si sit ad mediocritatem redacta, efficit prudentior: vnde licet melancholici, inquit Aristoteles, in alijs quo excedantur ab alijs: multis tamen in rebus sunt illis præstantiores, alij quidem in studijs literarum, alij in artibus, alij in Republica, atque si in excessu humor hic calefiat, facit hominem loquacem, & poetam, aliaque non pauca ibique videre licet.

8 Oppones secundò contra resoluta pro visu, nã

tactus videtur certior sensus, ut experientia colligitur, & ex Aristotele libro de sensu, & sensibili, cap. 4. & 2. de partibus, cap. 16. Certitudo autem maxime ad scientiam exigitur: ergo tactus est vtilior. Et confirmatur, quoniam tactus esse videtur magis diligibilis, quia magis necessarius. Respondendum licet tactus certior esset, visum alioquin haberi vtiliorem, propter vniuersalitatem, sed & certior esse negandum est. Etenim si comparantur ad obiecta propria non minus certus est visus, quam tactus, ac forte certior, si vero ad obiecta communia facilius hallucinatur tactus, applicatis illis in proportionem æquali: quod enim aliquando visus decipitur, ex nimia distantia prouenit, id vero non derogat eius certitudini, quæ pensanda est penes obiectum debite applicatum. Ad confirmationem dicto amorem tactus, & visus non esse apud comparabiles, quia vnius amor alterius amorem inducit: tactus enim est fundamentum aliorum sensuum, atque adeo illo destructo destruentur alij, quæ certe consideratione maxime diliguntur: si vero præcise considerentur, ac inuicem separari, ac separatim considerari possent, sic plane magis diligibilis est visus de se, ac præcipue ad vtilitatem scientiæ: quantum alij sensus sine diligibiles ad percipiendam sensibilem delectationem, ut tactus, & gustus, qui tamen amor nimium est imperfectus, & animalis, prior autem perfectior & conformior homini, ut homo est, sicut loquutus fuit Aristoteles 1. Metaph. cap. 1.

CAPVT XXX.

An sit unus tantum sensus interior, an plures.

Explicatis sensibus exterioribus: dicendum superest de interioribus, quæ de re egit Aristoteles 3. de Anima, cap. 2. & 3. interpretes ibi, Diuus Thomas tum alibi, tum 1. part. q. 78. articulo 4. ubi præcipua quam explicat, sed paulo latius hic erunt differenda. In hac vero dubitatione suppono, dari sensum interiorem, pro qua re notandum septem hæc vocabula, *sensus communis*, *phantasia*, *imaginatio*, *estimatio*, *cogitatio*, *memoria*, *reminiscentia*, *significatio* potentiam sensitiuam à quinque supra explicatis distinctam, siue multiplicem, siue eandem, pro ut est principium diuersorum actuum, de quo statim agendum: sensus ergo communis est potentia interior cognoscens obiecta propria sensuum exteriorum, discernensque inter illa, ex qua discretionem potissime sensus communis à Philosophis deprehensus est, illa siquidem operatio maxime necessaria est naturæ sensitiuæ, nec poterat conuenire eidem exteriori sensui, cum ad discernendum inter duo oporteat vtrumque cognoscere: visus autem discernit quidem inter duos colores, & auditus inter sonos duos, at inter sonum, & colorem neuter discernit, quia neuter vtrumque cognoscit: necessarius ergo fuit sensus communis. Nec dici potest eandem animam per diuersos sensus discernere: illa enim non nisi per potentiam cognoscit: per eandem ergo potentiam oportet cognoscere, ut illa discernat. Aliam rationem asserit Aristoteles de somno, & vigilia, c. 1. ut scilicet cognoscit operationes sensuum exteriorum, quæ ratio sano modo est acceptanda, iuxta dicta cap. 11.

Aliam quoque rationem probandi sensum communem inuenerunt Albertus summa de homine tractatu 2. de sensu communi, q. 2. S. Thom. opuscul. 43. c. 4. nimirum ut percipiat sensibilia communia per proprias species, quæ certe ratio falsum supponit: quia sensus interior non aliter cognoscit sensibilia communia, quam exterior, ut cap. 3. monuit.

SVARE Z
de Angelis, op
nr 6. d. 1. m. et
anima.

Tom. 1. m.
m. 11.

1. part. q. 78. articulo 4.

D. V. 2.